



Per.
Lat
020

LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJÚSÁG SZÁMÁRA

Prodit Budapestini, I. Verpeléti-út 22. decies in anno.
Pretium praesolvendi annum 4 pengő 80 fillér.

Megjelenik Budapesten, I. Verpeléti-út 22. tizszer egy
évben. Előfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

De Goetheanae poesis universitate¹ ac varietate.²


Quidnam causae esse censeamus cur Goetheum, Germanorum summum poetam non solum Germani, sed omnes fere cultiores nationes atque inter eas potissimum Galli Germanis quamvis infensi centesimo ab eius obitu anno sollemniter celebrent? Utique³ eam, quod Goethe cum Germanustum, ut Socratico utar verbo, mundanus⁴ esse volebat atque ex angustis unius populi cancellis⁵ sese expediens⁶ totius humani generis praeco⁷ vatesque exstitit. Atqui estne quisquam, qui nobis germanissimorum⁸ Germanorum effigiem solidiorem⁹ et eminentiorem⁹ expresserit, quam Goethe in «Hermann et Dorothea»? Num fabulae,¹⁰ quae inscripta est «Goetz von Berlichingen», personae minus sunt Germanae? Atque etiam in caeteris eius poematis Germanae mentis¹¹ et animi¹¹ sensa¹¹ ac cogitata¹¹ ubique nobis manifesta¹² obversantur.¹²

Sed postquam iuvenilis Goetheanae vitae ardor¹³ atque aestus¹³ deferuit,¹⁴ sedatiores-

que¹⁵ et liquidiores¹⁶ sensus ac cogitationes pullulare¹⁷ in animo eius cooperunt, magis magisque mentem ad totius humani generis universitatem intuendam erexit. Iam inde a reditu ex Italia, ubi animus Goethei memoria, monumentis et litteris Graecae Latinaeque antiquitatis imbutus¹⁸ erat atque ex litteris et monumentis Graecis Latinisque quadam specie¹⁹ humanitatis¹⁹ aeterna,¹⁹ ad quam suspiceret, concepta²⁰ angustum illum gentilitatis²¹ latius extendebat terminum. Huius novi atque immutati sensus indicium in Iphigenia Taurica cernitur evidentissimum.

Faustus quoque non unius hominis, sed totius humani generis personam gerit.

Iam vero ut poesim suam non uni genti



¹ általánosság ² változatosság ³ kétségkívül
⁴ világpolgár ⁵ korlát ⁶ kilép, kivergódik ⁷ hirnök
⁸ valódi húsból-vérből való ⁹ jobban kidomborította volna ¹⁰ színmű ¹¹ érzés és gondolat ¹² előttünk megnyilvánul ¹³ forrongás ¹⁴ elülről ¹⁵ nyugodtabb
¹⁶ higgadtabb ¹⁷ csírázik, gerjedezik ¹⁸ eltelt ¹⁹ öröök
²⁰ kialakul ²¹ nemzetiség.



dicatam²² volebat, sic se non intra unius eiusdemque poesis generis fines cohiebat.²³ Quam multa ingenia videmus uno poesis genere²⁴ excellere! Goethe vero omnia fere poesis genera amplexus monumenta pulcherrima condidit.

Ex illo universi humani generis amore manaverat omnium populorum ac gentium litteras cognoscendi studium non solum recentiorum ac Graecorum et Latinorum, verum etiam orientalium, immo etiam Sinen- sium.²⁵

Neque vero soli dumtaxat poesi se emancipavit, sed etiam acri rerum naturae arcana²⁶ explorandi studio instigabatur.²⁷ Quid quod mentis acumine, quo pollebat multa animo praesagiverat, quae posterior aetas vera²⁸ rataque²⁹ agnovit?²⁸ Imprimis in illo de «Plantarum Metamorphose» carmine illud Lamarckii et Darwini tamquam praemeditatus²⁹ esse videtur praeceptum, quo animantium³⁰ formas et figuras per infinitam temporum se- riem ex infimis gradatim ascendentibus ad su- periores et perfectiores adolevisse³¹ docemur.



Arabs eiusque filius adoptivus.¹

Aliquando Arabs dives liberis carens, ac- colo² Nili, filium amici improbum adopta- verat.³

— Noli putare, — inquit olim, — mi fili, lacero⁴ meo vestimento significari pauper- tam; propter Beduinos melius induere non audeo. In Aegypto is tantum bona pace vi- vere potest, qui pro invidia misericordiam in se movet.⁵ Tamen magnas opes habeo infossas,⁶ quas meo iussu non prius attin- gere tibi licet, quam ego moriar.

Malae cogitationes animum improbi invadunt.

— Usque ad mortem exspectem? — mus- sitat⁷ secum. — Bene est; sed nonne mille modos habeo, quibus naturae tarditatem⁸ maturem?⁹

Cum ipse honestum vultum patris timeret

In illa narratione, cui titulus est «Gu- lielmi Meisteri peregrinantis anni» quam multa ad educationem puerilem et ad huma- nae societatis³² et industriae³² progressionem³² pertinentia mentis³³ sagacitate³³ rerum huma- narum causis altius abstrusis dispectis augu- ratus erat, quae nostra memoria aut sunt ad effectum³⁴ adducta³⁴ aut in quaestione versantur. Etenim inerat in Goetheo more rationeque philosophorum intuendi³⁵ vis,³⁵ qua humanam vitam ex rerum natura apta- tam et inter se artissime connexas esse perspe- xit, constatque eum Spinozanae philosophiae studiosissimum fuisse. Cuius philosophiae studii multa nobis ex poesi Goetheana praeful- gent³⁶ lumina.³⁶ Sed et artium erat Goethe intelligentissimus³⁷ iudex et existimator multaeque eius de artibus et artificiis leguntur commentationes doctissimae.

²² szentel ²³ szoritkozott ²⁴ sarjadat ²⁵ kínai
²⁶ titkait ²⁷ össztökél ²⁸ igazolt ²⁹ előre megsejt
³⁰ élőlény ³¹ kifejlődni ³² az emberi társadalom
fejlődése ³³ éleselmüség ³⁴ beteljesedett ³⁵ szem-
léleti képesség ³⁶ fényes bizonyítéka ragyog ³⁷ mü-
értő kritikus.

foeditatemque¹⁰ facti abhorreret, altero die maturavit visere Beduinos, qui per caedes rapinasque¹¹ formidinem¹² omnibus in illa regione hominibus iniiciebant. Dimidium opum latentium eis promisit.

Viri sanguinarii¹³ praedaeque cupidi noctu domum Arabis adoruntur et tormentis¹⁴ eum opes detegere¹⁵ cogunt. Cum opes repperis- sent, senem morientem relinquunt.

Puer ferox avida cupiditate dimidium prae- dae postulat. Sed dux Beduinorum oculis ardentibus¹⁶ eum increpat:

— Num stultos nos existimas, qui tecum dividamus praedam, quam totam nobis re- tinere possimus? an nos ignave credere putas te nobis posse manere fidelem, qui pro- ditor¹⁷ patris tui fueris? Nos quoque prodes,¹⁸ ut primum utile putaveris nos perdere. Ne hoc facias, satius¹⁹ est te sequi patrem tuum innocentem.

Et uno ictu²⁰ gladii turpis anima e corpore pueri infidelis exturbatur.²¹ Val. Fehér.

¹ fogadott ² mellette lakó ³ örökkbe fogad ⁴ ron-
gyos ⁵ kelt ⁶ elás ⁷ mormog ⁸ lassúság ⁹ siettel
¹⁰ ocsmánya^{ság} ¹¹ rablás ¹² rettegés ¹³ vérengzö
¹⁴ kinzás ¹⁵ felfed ¹⁶ szikrázó ¹⁷ áruló ¹⁸ elárul
¹⁹ jobb ²⁰ ütés ²¹ kilkerget.

Vere igitur dicitur ille totius humani generis poeta, cuius laudes non solum sua ipsius gens, verum etiam omnes fere orbis terrarum nationes nunc cohonestant³⁸ atque ne posteri quidem unquam ab eo doceri desinent.

Carolus Acs.

³⁸ dicsőit.

VIRI ILLUSTRES

Augustus.

(63. a. Chr. n. — 14. p. Chr. n.)

Quis est, qui nesciat Augusto Caesare imperatore res humano generi maximi momenti in Oriente evenisse, nempe in Iudea Iesum orbis terrarum liberatorem mundique redemptorem natum esse?

Augustus imperator aetatis litterarum aureae sator¹ atque auctor¹ terras licet mariae que pacaverit nec non in capite orbis terrarum omnium imperio potitus sit gentium, socialem pacem tranquillitatemque animi

Milo Crotoniensis.²²

Milo in oppido Crotone²³ natus est; hanc ob causam «Milo Crotoniensis» appellatur. Patri nomen Diotimus erat.

Milo athleta clarissimus erat. Praesertim viribus excellebat.

Has tantas corporis vires — ut traditum est — insolito²⁴ modo comparabat: is enim vitulum²⁵ ex primo die vitae quotidie per aliquot horas portabat.

Hac exercitatione vires paullatim adeo augmentatur, ut etiam taurum, qui ex vitulo post aliquot annos evaserat,²⁶ portare potuerit.

Inde ortum est proverbium: *Taurum tolleret, qui vitulum sustulerit.*

Olympia²⁷ saepius vicit²⁷ et corona Olympica, signum victoriae, sexies ei data est; sed omnium spectatorum oculos atque animos tum maxime in se convertit, cum taurum quattuor annorum ore tenens percurrit stadium, deinde — incredibile memoratu — totum taurum spatio²⁸ unius²⁸ diei²⁸ comedit.

Alexius Czuppon.

²² Crotoni ²³ Croton, -onis ²⁴ szokatlan, különös ²⁵ borjú ²⁶ fejlődött ²⁷ Olympia vincere: az olympiai versenyen győzni ²⁸ egy nap leforgása alatt...

hominibus dare non potuit, sed ille puer solus, de quo *Vergilius* aetatis aureae vates dixisse fertur (*Ecloga IV.*):

*Ultima Cumaei venit iam carminis aetas,
Magnus ab integro saeclorum nascitur ordo.
Iam redit et virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam nova progenies caelo demittitur alto.*

Medius igitur stat Augustus inter gentiles² et Christianos, id est in limine temporum ante et post Christum natum.

Variis vitae temporibus varium se Augustus praebuit. Antequam solus imperio potitus esset, proscriptione haudquaquam abhorruit. Quam proscriptionem Sullana longe crudeliorem fuisse traditum est. Antonius Bruti, interfectoris Caesaris corpus post pugnam ad Philippos liberto suo sepeliendum tradidit. At Octavianus — eo tempore triu-
vir — avulsum³ Bruti caput Romam misit, ut Caesaris statuae subiiceretur. Cuidam misero suppliciter sepulturam precanti respondisse fertur iam istam in volucrum futuram esse potestate. Sunt, qui eius iussu trecentos ex dediticiis⁴ electos Idibus Martiis hostiarum more ad aram divo Iulio exstructam mactatos esse tradant.

Rem denique inter duumviros, Octavianum et Antonium ad arma venisse satis constat. Antonius enim amore Cleopatrae captus mores incolarum Orientis asciscere coepit. A Vipsanio Agrippa duce devictus in pugna navalium Actiaca, mortem⁵ sibi⁵ in ultima rerum desperatione concivit.⁵ Cleopatra vero, ne Romanis in triumpho spectaculo irriguisse esset, aspidis⁶ corpori allatae morsu periit.

Octavianus Oriente in potestatem suam redacto principatum et dominatum in imperio Romano solus obtinuit. Non fuit aliud imperium, nisi Romanum in mundo. Quam ob rem dicit poëta Romanus de Iove, de Olympo despiciens:

«Nil, nisi Romanum, quod tueatur, habet!»

Victor mansuetudinis ac humanitatis exempla edidit, Iani bicipitis portas, quae prima vice sub Numa rege, rursus post primum

¹ megteremtője ² pogány ³ levág ⁴ aki föltétlenül magadja magát, meghódol ⁵ öngyilkos lett ⁶ egyiptomi szemüveges kígyó, mérges sikló.

bellum Punicum clausae esse dicuntur, tertio ipse victor pace terra marique parta clausit.

Octavianum senatus post victoriam haud more consueto observabat.⁷ Octavianus enim republica eversa auctor singularis imperii, Caesaris potestatis hereditarius⁸ triumphans est Romam ingressus. A senatu Augustus est cognominatus, postquam triumviri potestatem abdicaverat. Idem simul nomen inditum est antiquo mensi Sextili (sexto sc., quia olim mensis Martius anni initium erat), quod illo mense bella civilia ad exitum adducta essent.

Nuntiantibus sibi patris patriae nomen delatum esse⁹ Augustus his verbis respondit lacrimans : «*Compos¹⁰ factus¹⁰ votorum¹⁰ meorum, patres conscripti, quid habeo aliud deos immortales precari, quam ut hunc consensum vestrum ad ultimum finem vitae mihi perferre liceat?*»

Quo animo in adversarios senserit, coniectari¹¹ potest inde, quod nepotem librum Ciceronis legentem et avo adveniente repente veste sua tegentem non vituperavit, sed librum reddidit dicens : «*Hic vir, mi fili, doctus fuit et amans patriae.*»

Pedibus saepe per urbem incedere ei mos erat. Cum aliquando in foro deambularet, occurrit ei quidam veteranus, qui in ius vocatus patronum sibi statim Augustum adesse optavit. Imperatore illico unum e comitatu suo eligente advocatum, veteranus indignabundus exclamavit : «*Non ego te¹² periclitante¹² bello Actiaco vicarium¹³ quaesivi, sed ipse pro te pugnavi.*» Simul cicatrices¹⁴ ostendit. Erubuit Augustus et ipse ei advocatus in iudicio adfuit.

Qualis animi indoles in eo infuerit his sequentibusque rebus satisclare illustrantur.

Graeculus quidam iterum atque iterum repudiatus¹⁵ Caesari Augusto descendantie et palatio epigramma honorificum porrigure non desiit. Graecum imperator cum nullo modo propulsari posse intellexisset, ipse sua manu epigramma Graecum composuit et Graeculo occurrenti obviam misit. Ille inter legendum laudare mirarique tam voce, quam vultu gestuque. Immo denarios e crumena¹⁶ sua paupere protulit ac si haberet, se plus pecuniae daturum esse omnibus ridentibus

dixit. Augustus rem haud aegre ferens a procuratore Graeculo multam pecuniam numerari iussit. — Alias in domo cuiusdam amici, cum fere nemini se invitanti negasset, inter cenandum servus quidam vas crystallinum fregit. Crudelis dominus servum necari et piscinae¹⁷ muraenis¹⁸ obici voluit. Puer ad pedes Caesaris confugiens auxilium eius quaesivit. Qui novo crudelitatis genere motus puerum dimitti, crystallina autem omnia frangit et in piscinam inici iussit.

Urbem Romam excoluit adeo, ut iure sit gloriatus, *marmoream se relinquere, quam latericiam¹⁹ accepisset.*

Augustus non solum litteras adamavit, sed ipse etiam in studio litterarum versatus est. Nam multa prosa oratione composuisse, poetica autem summatim²⁰ attigisse scriptores antiqui docent.

Forma fuit Augustus eximia eamque ad summam senectutem servavit. Supremo die petito speculo²¹ capillum comi sibi praecepit et amicos percontatus *ecquid iis videretur minimum²² vitae commode²³ transegisse*, adiecit solitam clausulam : «*Edit²⁴ strepitum²⁴ vosque omnes cum gaudio applaudite!*»

Sebastianus A. Módry.

7 megbecsül, tiszteletével kitüntet 8 örököslő felajánl, ad 10 kívánságaimat előrvén 11 következtet 12 amikor te bajban voltál 13 helyettes 14 sebhely 15 elutasít 16 erszény 17 halastó 18 pettyegetett ángolna 19 téglából épült 20 felületesen 21 tükrő 22 vígjáték 23 derekasan 24 zajong.


EXEMPLA CLARORUM VIRORUM

Alexander Magnus eloquentiae magistrum habuerat Anaximenem Lampsacenum. Quae res postmodum Lampsaco saluti fuit. Nam Alexander eam civitatem diruere statuit, quod partes Darii sequens sibi restitisset. Cum Anaximenem e muris prodire et obviam sibi venire conspexisset, non dubitavit, quin ille pro patria deprecatus veniret. Itaque per deos iuravit se non facturum esse, quod ille petivisset. Quo auditio callidus orator regem rogavit, ut Lampsacum dirueret. Alexander ius iurandum servans Lampsacenis ignovit.

Pausanias.

Cum Romani adversus Latinos Tusculanosque bellarent, T. Manlius Torquatus et P. Decius consules erant imperatores Romani exercitus. Hi edixerunt, ne quis extra ordinem cum hostibus pugnaret. Titus Manlius, consulis filius, forte cum turma equitum ad stationem Tusculanorum delatus est, quibus praeerat Geminus Metius. Hic consulis filium conspicatus: «Visne — inquit — ante pugnam duorum exercituum congregredi mecum, ut e nostro duorum certamine videatur, quantum eques Latinus Romano praestet?» Iuvenis ira seu pudore motus et edicti consulum oblitus in certamen ruit et Metium transfixit detractisque spoliis ad patrem rediit. «Provocatus — inquit ab hoste, haec arma ex eo caeso capta attuli.» Quod ubi consul audivit, filium aversatus classico milites convocari iussit et: «Quia tu — inquit — imperium consulare non veritus cum hoste pugnavisti et solvisti disciplinam militarem, te puniri oportet. I, lictor, deliga eum ad palum.» Omnes tam atroci imperio examinati tacuerunt. Postquam cervice caesa crux effusus est, homines lamentari atque exsiccari coeperunt. Deinde corpus iuvenis spoliis contectum in rogo a militibus crematum est. Cum postea T. Manlius consul Romanum victor rediret, soli senatores obviam ei exierunt.

Cicero-



Iulius Sandeau, scriptor Gallicus, suo tempore celeberrimus, aliquando cuidam mendico duos nummulos dedit. Qui pro eo, ut gratias largienti¹ ageret, interrogavit eum, quid nummulis vilissimi² pretii² faceret. Cui Sandeau: «Trade illos, amice, — inquit — cuilibet pauperi, quem tu primum offendiris, mihi autem ignosce, qui *inopem* te esse crediderim!» *Lad. Kresmárik.*

Lad. Krcsmárik.

Michaël Miramon, summus Mexicanorum dux una cum imperatore suo, Maximiliano, morte multatus est. Iamque ad locum³ suppli-

cii³ ducebantur, cum repente sonus⁴ campanarum⁴ audiebatur.

«Audin' sonitum campanae?» interrogat
paene exsanguis pavore imperator miserae
sortis socium. «Hic sonitus mortem nostram
indicare videtur»...

«Ignosce, mi domine, — respondet ille — quod nescio an vere voce campanarum malum nostrum nuntietur, sed adhuc, hercle, nemo de me supplicium⁵ exegit.»⁵

Julius Krcsmárik,

¹ adakozó ³ semmire sem jó, értéktelen ³ vesztő-hely ⁴ harangszó ⁵ kivégzést végrehajt.



Economus est nomen clarissimi neurologi,¹ qui museum ad exquirendos cerebri humani morbos Vindobonae instituit. Multis annis ante Economus per litteras² passim² dimissas² evocavit³ homines, praesertim medicos, artifices et poetas aliosque, quorum cerebra etiam post mortem magni aestimarentur, ut hanc partem corporis per testamentum instituto legarent.⁴ Ad quam rogationem⁵ multi ne responsum quidem dererunt, fuere tamen, qui hoc sacrificium scientiae praeberent, itaque nunc institutum cerebrorum multis variisque generibus abundantat.

Iam ratio, qua experimenta aguntur, haec est: forma cerebri e gypso exprimitur, tum cerebrum in particulas minutissimas secatur instrumento quodam perquam subtili,⁶ singulae autem particulae colore⁷ inficiuntur⁷ et binis orbiculis vitreis⁸ interponuntur.

Praecipua⁹ cura explorantur eorum cerebra, qui in vita eximio excellebant ingenio. *Gallus, calvarum¹⁰ ille suo tempore peritissimus scrutator intelligentissimum quenque*

1 idegorvos 2 körlevél 3 felhív 4 hagyományoz
5 felhívás 6 finom 7 megfest 8 üveg 9 különös
10 koponya.

esse putabat, cuius cerebrum maximi esset
ponderis, sed in hac re valde eum errasse
iam priore saeculo viri docti manifeste osten-
derunt.

Cerebrum humanum generatim¹¹ atque¹¹
universe¹¹ 1367 grammata explet, etiamsi
fuere ingenia speciosa,¹² ut *Gambetta* et *Liebig*,
quorum cerebra ne hoc quidem pondus ex-
aequaerint. *Byronis* cerebrum 1807, *Turgen-
jevii* 2017 grammata pondo¹³ valuit.¹³ Pon-
derosissimum cerebrum homo quidam im-
becilli¹⁴ ingenii¹⁴ habuit, cuius cerebrum
2850 grammata explevit.

Budapestini in fundo¹⁵ iuxta aedem¹⁶ cathedralis urbem¹⁶ interioris¹⁷ sito, itaque in vicinia pontis, qui nomen reginae Elisabethae gerit et ubi iam infinito¹⁸ ex¹⁸ tempore¹⁸ assiduam sedem incolae urbis ceperunt, nuper prime partes cuiusdam coemeterii comparuerunt.¹⁹ Quod coemeterium viri docti vetustissimae originis esse confirmant,²⁰ quia in decem sepulcris, lapidibus circum- saeptis, quae ibi aperiebantur, multae reliquiae mortuorum variaque nummorum et ornamentorum²¹ ex aere factorum genera in altitudine quattuor-quinque metrorum inventa sunt. Rem²² qui²² prior²² cooperat²² cuique tribuendum est,²³ quod fossiones²⁴ tam prospere²⁵ cesserunt,²⁵ vir doctissimus consiliariusque²⁶ magistratus: *Carolus Némethy* doctor est, quem haud fugit ea loca monumentis vetustatis abundare quique curam effodiendarum reliquiarum *Ludovico Nagy* doctori, privatim²⁷ docenti²⁷ et custodi Musei Aquincensis commisit.²⁸ Fossionum opera non intermittuntur, ut alia quoque vestigia aedificiorum monumentaque vetustatis, si aliqua sub terra lateant, in lucem proferantur.

11 általánosságban 12 kiváló 13 súlyos 14 gyenge-
elméjű 15 telek 16 székesegyház 17 belváros 18 ős-
idők óta 19 előkerül 20 állít 21 ékszer 22 a kezde-
ményező 23 tulajdonít 24 ásatások 25 sikérül 26 ta-
nácsos 27 magántanár 28 rábíz.

*Peregrinatio est vita : cum multum ambula-
veris, domum rediendum est.*

*Lupus est homo homini, non homo; cum
qualis sit, non novit.*



GEOGRAPHICA.

Nova expeditio ad explorandas Americae Meridionalis partes praeparatur Madriti, in capite et sede Hispaniae. Participes expeditionis id maxime sibi proposuerunt, ut regiones adhuc incognitas, ea loca praeser-tim, ubi fontes Amazonis e montibus erum-punt, explorarent. Navis est iis constructa apta, quae propositum investigatorum ad finem prosperum adduceret. Itaque motoriis velisque est adornata navis et aéroplanum quoque in constrato¹ secum fert. Itineri viri docti, geologi, geographi, herbarii,² medici peritique³ nubium³ observandarum³ intere-runt. Professus est nomen etiam Menendez Tidal, notissimus ille grammaticus⁴ Hispanus.

Itineris participes iam ineunte vere proficiscuntur sperantes fore, ut laboribus suis notiones de hac parte terrae multum adau-geant.

¹ fedélzet ² botanikus ³ meteorologus ⁴ nyelvtudós.

Corona vitae (8.)

Ad fabulam *Felicis Nabor* Latine scripsit
Valentinus Echér

9 Veronica

Plurimos dies Marcus inquirebat feminam, quae sanctam imaginem servabat. Quodam die venit in vallem amoenissimam, cuius clivi oleis¹ florentibus ornati erant. In valle cernebantur casae humiles et in clivo herbis obsito² pecora pascebantur. Tota regio erat aspectu pulcherrima.

Pastores, qui mites ac benigni erant, occurrentes salutaverunt Marcum et invitarunt, ut apud se requiesceret.

— Quid est — ait Marcus, — quod erga me
ignotum tam benevoli estis?

— Sumus — inquit — Nazareni fideles.

Marcus admiratus est, quantum homines illa doctrina mutati quamque placidi benevolique facti essent.

Hospitium eorum accepit.

Postquam apud eos acquievit³ lassitudine,⁴

¹ olajfa ² benött ³ kipihen ⁴ fáradtság.

iter continuare volebat. Tum e casa, quae sub palma stabat, femina egressa est. Marcus statim agnovit feminam, quae Iesu Nazareno linteum in via crucis praebuerat. Femina quoque eum cognovit.

— Habesne etiam nunc illam imaginem? — quaerit Marcus.

— Habeo — respondet illa et Marcum in casam dicit; ceteri sequuntur. — Homines, qui hoc miraculum existimant, cotidie vespera huc precatum⁵ veniunt.

Femina — cui nomen erat Veronicae — quasi antistita⁶ novi Dei in casa humili stabat. Linteum pio animo explicatum hominibus obvertit.⁷

In linteo vultus Iesu pallidus, cruentus, spinea corona cinctus teneris⁸ lineamentis⁹ inscriptus erat.

Marcus singultans¹⁰ tremula voce susurrat:¹¹

— Mi Domine! mi Domine!

Repperit Deum, quem tam diu quaesierat!

Postero die Marcus dixit Veronicae sanctam imaginem se portare velle ad imperatorem, ut is quoque eam praesentem videret.

Veronica multum¹² rogata¹² adducta est,¹³ ut iter in Italiam faceret, sed restipulata est,¹⁴ ut in tutela Caesaris esset sibique, cum vellet, in patriam redire liceret.

Altero diluculo pagum reliquerunt. Marcus et Rubina et Veronica, quam cognatus quidam comitabatur, navem concenderunt et cum imagine feliciter Neapolim pervenerunt.

Postquam Marcus nuntiavit imperatori se pervenisse, statim iter apparavit. Sed imperator, qui patientiam continere¹⁵ non posset, obviam Marco ire constituit.

Navis exornatur.¹⁶ Imperator aurata purpureaque veste indutus in constrato¹⁷ quiescebat. Maximum erat in nave silentium.

Cum navis appulsa esset,¹⁸ celeriter in litore tentorium¹⁹ positum est; in summo tentorio vexillum²⁰ imperatoris purpureum fluitabat.²¹

Centurio nuntiavit imperatori Marcum in via appropinquare.

Tum Tiberius se erexit.²²

— Tandem advenit — inquit — novus vivusque Deus. Eum adversum²³ intuebor; resciam, somniumne²⁴ sit, an revera deus ille, qui sit regibus superior.

Marcus intrat; propter eum stat Veronica et linteum obvertit imperatori. Tiberius cum imaginem intueretur, toto corpore tremebat. Repente venit ei in mentem suorum omnium

sclerum, flagitorum, turpitudinum,²⁴ quae ipse aut alii suo nomine commiserant. Tali Deo credere solebat.

Sentiebat se victimum esse ab illo Deo, sed timore dissimulato²⁵ mālis²⁶ alienis²⁶ risit.

— Stultus es, Marce — clamat; — huic imagini me submittam? Fascesse²⁷ hinc et perge²⁸ quaerere, dum verum Deum reperias. Hic enim non est verus Deus.

— Hic est, Tiberi, verus Deus — ait Marcus. — E manibus tuis trementibus et oculis intellego hunc a te cognitum esse; sed hunc agnoscerē²⁹ recusas. Scis, imperator, me tibi fidum esse neque unquam tibi mentitum. Excrucia³⁰ me, occide me, usque ad extremum spiritum clamabo: «Iesu Nazarene, tu es verus Deus!»

Tiberius vultum aversum pallio velat.

— Abi, Marce — inquit placide, — nolo te laedere. Vive quietus, ubi vis. Sed aufer istam imaginem. Isti oculi sic me intuentur, quasi omnia mea facta recognoscant³¹ atque iudicent. Non queo ferre hos oculos. Abi, Marce et veni huc, si te arcessivero.³² Sed aufer istam imaginem.

Marcus tristis imperatorem aversatus una cum Veronica tentorium reliquit. Sol foris³³ lucebat et maximo fulgore suum Regem salutare videbatur. Marcus cum Rubina et Veronica Romam versus iter ingressus est, ut signum novi verique Dei, quem imperator recusaverat, Roniae per tacitum³⁴ constitueret.

5 imádkozni 6 papnó 7 clébe tart 8 gyengéd 9 vonás 10 zokog 11 suttog 12 hosszas kérésre 13 rávesz 14 kiköt 15 fékez 16 felszerel 17 fedélzet 18 kiköt 19 sátor 20 lobogó 21 lengedez 22 felegyenesedék 23 szeme közé 24 gyalázatosság 25 eltítkol 26 gúnyosan 27 távozzál 28 folytat 29 elísmert 30 kínosztat 31 megvizsgál 32 hivat 33 kint 34 csendben.



Locosa.

Parvulus Maximilianus, licet communis¹ cernat, at vitro² tamen oculari² uti non vult. Nuper autem penso³ mathematico³ absoluto domum e schola rediens exclamavit: «Savissima matrcula,⁴ iam tandem emito mihi vitrum oculare, visu⁵ enim non possum vicini commentarium⁶ consequi.»⁵

1 rövidlátó 2 szemüveg 3 számtan dolgozat 4 anyukám! 5 nem tudok oda látni 6 füzet.

- Cur ista fabrica occlusa est?
 — Propter funus.
 — Estne possessor fabricae mortuus?
 — Immo vero emptor, qui ultimus et solus nobis restabat.

*

— Numquid sentis de isto clavichordista?
 Nonne sacrae scripturae peritissimus esse videtur?

— Ain tu? Istumne esse sacrae scripturae peritissimum!

— Ita vero! Nempe eius sinistra nescit, quid dextera faciat.

*

Vir quidam ditissimus, sed idem parcissimus⁸ ac⁸ sordidissimus⁸ ancillae amici, in cuius domum cotidie fere ventitabat, dene gato corollario⁹ indignationem¹⁰ et stomachum¹⁰ movebat.¹⁰ Quae cum forte vesperi hospitem foras¹¹ prosequens¹¹ narraret nocte se somniasse sibi ab illo decem marcas pro corollario esse datas, dixit hospes paucis: «Plus iusto marcarum somniasti, veruni habe¹² eas tibi!»¹²

Carolus Acs.

⁷ zongoraművész ⁸ fukar és kapzsi ⁹ borrávaló
¹⁰ megbosszantotta ¹¹ kikisér ¹² tartsd meg!



I.

	1		
2			
			4
		5	6
		7	
	8	9	
10	11		

Areolae expleantur litteris, quae deinceps lectae efficiant vocabula, quorum primum significat imperatorem Romanum, qui paternum genus a Tiberio Nero ne, maternum ab Appio Pulchro traxit, secundum est nomen deae Romanae, tertium ornamentum capitinis, quartum vas sepulcrale, quintum lampas caeli radians, sextum oppidum Boeotiae, septimum iuvenis Aesonius, qui vellus auratae ovis nobile tulit, octavum iter, nonum deorum antiquissimum, decimalum fenus, undecimum pars cruris. Singulae vel plures prioris vocabuli litterae initium sequentis faciunt. Litterae areolarum numeris signatae deincepsque lectae nomen clarissimi rerum Romanarum scriptoris reddunt.

II.
 ce cep di do est et ex in mo o pe pus ra res tan te to tum.

Ex his syllabis verba formentur, quae, si recte reperta ac disposita erunt, sententiam Sallustii exhibent.

III.



Primae litterae horum nominum ad equi motum lectae verbum publicum efficiunt.

Epistolia Officialia.

Lectoribus omnibus: Solutiones aenigmatum quam celerrimemittantur oportet, ut nomina solventium tempore foras dari possint. — D. Sárosi (Budapest): Tuum, si occasio oblata erit, in usum nostrum convertam. — Stephanus Pónyi (Miskolc): Iocosa tua perpulchre descripsisti. Vulgabuntur.

Libri et libelli ad moderatorem missi: Dr. Gyulyás József: Comenius és a latin nyelv. (Januája megjelenésének 300. évföldulójára). — Comenius: Kis beszéd az ékes latinság tanulásáról. Fordította Gyulyás József. (Különlenyomat a Protestáns Tanügyi Szemle 1931. évi januári számából). — Comenius: A lelkí tehetségek kiműveléséről. Fordította: Gyulyás J. (Különlenyomat a «Magyar Paedagogia» 1930. évi 1–6. számából). — Nagy István, plébános, Decs (Tolna vm.): Judás és Nikodémus (ára füzve 3,50 P), A lyoni vétaranuk (3.— P), József, Dávid fia (2,50 P), Az aranyház (2.— P), Az élet koronája (2.— P).

Moderator ephemeridis EUGENIUS FRAY DR. Budapest, I., Verpeléti-út 22,
 ad quem epistulae et manuscripta mittantur.
 Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.
 (Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)